



UNIVERSITÄTS-
BIBLIOTHEK
PADERBORN

Universitätsbibliothek Paderborn

Reginonis Abbatis Prumiensis Libri Duo De Ecclesiasticis Disciplinis & religione Christiana

Regino <Prumiensis>

Parisiis, 1671

101. Ne ancillæ vel liberæ cellarium teneant Clericorum vel ministerium
secretum impendant.

urn:nbn:de:hbz:466:1-14622

DE ECCLES. DISCIPLINIS. 69

de quibus nominibus nefas est aliud quam natura constituit suspicari.

Ne ancillæ vel libertæ cellarium teneant Clericorum vel ministerium secretum impendant. *Ex Concilio Agathensi.*

CI. Ancillas vel libertas à cellario vel à secreto ministerio & ab eadem mansione in qua Clericus manet placuit removeri.

Conc. Agath.
c. 11.
Burchard. lib.
2. c. 113.

De familiaritate extranearum mulierum.
Ex Concilio Aureliano.

CII. Ideoque statuimus ut ne quis antistitum aut Clericorum licentiam habeat intradomum suam ullam, absque propinquis mulieribus quas priores canones eloquuntur, habere personam. de quibus etiam id specialiter inhibetur, ut si quis Clericorum suspicionem adversam aut oblocutionem populi ob mulierem quamcunque incurrerit, eam statim, si intradomum suam habet, abiciat. Si certè extranea & sui juris est, istam omnibus conditionibus studeat abicere, ut infamia quæ excitata est abrogetur. Quòd si quilibet antistitum vel Clericorum quod supra scriptum est vitare noluerit, pro inobedientia triennij excommunicatione multetur. Quòd si adulterij permixtione fuerit adprobatus, in regradatione honorum, priorum canonum statuta serventur.

Concil. Aureliano. 3. c. 4.

De eadem re. *Ex Concilio Turonico.*

CIII. Et quia diabolo nullum locum dare oportet, hoc præcipuè custodiendum decrevimus, ut nulli Clerici cum extraneis feminis

Concil. Turon. 1. c. 1.
Burchard. lib.
2. c. 116.